

Cronica quorundam Romanorum regum ac imperatorum.

1273. sept. 29. Anno siquidem domini 1274 post longam Romani
 Hist. imp.
 Col. imperii vacationem principes Germanie pro electione
regis futuri apud Frakenfort congregati inlicitum co-
mitem de Hassburch Radulphum in regem Romano-
rum concorditer elegerunt. Cui statim post suam
electionem ab Engelberto II. Coloniensi archiepiscopo

1273 oct. 24. Aguisgrani in regem consecratus regnavit 18 annis.
 Erat tunc temporis quidam rex Bohemie nomine
 Odaver, inter omnes principes Romani regni poten-
 tissimus multarum terrarum possessione et thesau-
 rorum superbia tumens. Cui dum prefato Radulpho
 regi fidelitatem quam primo sibi fecerat, postea negaret,
 idem rex Radulphus convocata et habita in regia villa

1276. ¹⁾ Nuremberg celebri principum, ~~comitum~~ ^{mi} ~~comitum~~ ^{mi} prelatorum atque
nobilium curia, ^{ubi} traduntur sex milia militum affuisse,
et rebellionem contumacem dicti regis Bohemie in publico
illis preposita manu forti et valida congregata contra
eundem regem Bohemie in ducatum Austrie, quem
quidem ducatum idem Bohemie rex cum nonnullis
aliis regnis, ducatibus, marchionatibus, comitatibus et
dominiis optinebat, cum exercitu procedebat. Cui dicitur
rex Bohemie cum exercitu valido occurrens, bellum

1278 aug. 26. tum ipse cum eodem cum ipso commisit; in quo quidem

1) Norimbergae Rudolfus 1276 mens. aug. et sept. ante priorem expeditionem contra Ottocarium susceptam
 moratur. Videtur nostram priorem et alteram expeditionem (1278) confundere. Celeberrima
 curia Norimbergensis iam anno 1274 m. nov. habita est.